Jacobus Michael

Minocki franc. Jos: Quod iuris et institiae, docto-
ralis in utroque iure laurea.

# QUOD JURIS
*ET*
# JUSTITIÆ,
## DOCTORALIS IN UTROQUE JURE LAUREA.

Eximia Virtutum & Sapientiæ Merita

*Perillustris & Reverendissimi Domini*

## D. M. JACOBI MICHAELIS, MARCISZOWSKI.

Utriusq; Juris LICENTIATI, Ecclesiarum Cathedralis Cracoviensis electi CANONICI, Collegiatæ SS. OO. Cracoviæ PRIMICERII, Parochialis in Koniusza CURATI, Ordinandorum & approbandorum Examinatoris, Judiciorum Jllustrissimi Consistorii Generalis Cracoviensis Assessoris, Coloniæ Academicæ Tarnoviensis; & Contubernii Jurisperitorum

**PROVISORIS.**

omnî titulô

**CONCERNENS.**

& dum

In Ædibus Collegiatæ SS. OO. Cracoviæ.

à

*Perillustri Clarissimo & Admodùm Reverendo Domino*

## D. M. IOANNE PALASZOWSKI

Utriusq; Juris DOCTORE & Professore; Ejusdemq; Facultatis protunc DECANO, Collegii Juridici SENIORE Patre, Ecclesiarum Collegiatæ SS. OO. Crac. ARCHIDIACONO, Vieliciensis PRÆPOSITO, Parochialis in Nakło Curato, Contubernii Regiô Jagelloniani PROVISORE.

*in numerosissima Magnorum Hospitum Corona & Senatus Academici consessu.*

UTRIUSQUE JURIS DOCTOR

RITU SOLENNI RENUNTIARETUR,

apertîs intimæ propensionis gratulatoriiq; applausus documentîs,

*Per*

## M. FRANCISCUM JOSEPHUM MINOCKI

Utriusq. Juris Professorem, Collegam Juridicum Vocatum; Ecclesiæ Parochialis in Modlnica Curatum, Contubernii Jurisperitorum SENIOREM, S. R. Mttis. Secretarium.

# DEDUCTUM.

Annô, quô

Mens Bona DeCernens CæLô se traXIt In orbes.

Martis 23. Novembris.

CRACOVIÆ In Typog: Seminarii Academ: Diœcesani.



# PROGRAMMA

M. IaCobVs, VtrIVsqVè IVrIs neo DoCtor VIVat, VoVet VnIVersItas.

# ANAGRAMMA.

o VIr VerſatVs! VIrtVtIs amans! DeCVsqVè, IVre bono VotIVo VICIt.

# EPIGRAMMA

O Te! dulciſono reſonet mea carmine Muſa
Gemmea ſi! (fas eſt) verba per ora ferat,
Quàm bene ſublimem Doctor conſcendis Honorem
Dum Tuus hic quævis præmia ſpectat apex,
Tu VIrtVtIs aMans, Tu VIr VerſatVs in omni
Tu ſatis inſignis Norma, DeCVsqVè Polo,
Par tuus eſt animus Marti; nam Victor ubîq;
Et Themis Illius Dia triumphat ope,
¡Vre bono VICIt; VotIVo tum magè jure
Enſe velut ſolvens; ardua quotqnot erant.
Hinc Themidos; Conſiq; graves; Cathedræq; Minervæ;
Sunt Tibi ceû palmæ, mens Tua plauſus eis.



Ad jus dicendũ & in perpetuum ſtatuendum ut *Legislatores*, (s)
ad danda reſponſa & Vocis Oracula, ut Juſtitiæ *Sacerdotes*, (t)
ad defendendam Rempublicã ut Regni *Miniſtri & Officiales*, (u)
ad quævis obeunda in Regno munia Nobilibus pares, (x)
ut ſunt defactò, ita fieri jure merentur.

An veriùs

DOCTORES Legum

Qui potiſſimùm beneficiô Juris gaudere dicuntur; (y)
ſunt velut quidam Reguli (z) Principum Amici, (a)
Lucernæ ſuper Candelabrum poſitæ (b)
Stellæ in perpetuas æternitates manſuræ; (c) radii Solares; (d)
Prophetæ Sanctiſſimi, (e) ingeniorum Arbitri, (f)
&, ut quot Cælum ſideribûs, tot titulîs ornatiſſimi.
Tolle has Juris & æqui lampades
& ſolem de Cælo ſuſtuliſti;
Tolle has de Corona Juſtitiæ gemmas,
Et ipſæ Regum Coronæ ſine pretio.
Multùm ſanè debet Auguſto Principi, Regi Jageloni
Sarmaticus Orbis;
quòd jam exotica Themide foliîſq; Sybillæ non egeat,
nec ad Carmentam, Cortinaſq; Delphicas recurrat
ut ex Tripode reſpondeat,
cùm tanto Auguſtior opere.

*Aſtreæ Sarmaticæ*

Thronum Juſtitiæ
apud Craciam Palladem in Cathedra Juridica erexerit.
Thronum hunc;
Cælum ego novum in terris dixerim,
ex quo quàmprimùm *Juſtitia proſpexit* (g)



(s) *Can. De quibus Diſt.20. Chriſt. Beſſol. in diſſert. de ſtud. Magiſtr. &c* (t) *in pròem ff. v. Sacerdotes. Joan. Bapt. cons. 87,* (u) *l. Advocati. C. De Advoc. div Judic* (x) *Privil Sigism, f. 4. in craſt. S Laurent. Mart. Aõ 1535. c. De multa. De Præb. Gomes. in Reg. D Annal. Profeſſ. q. 36.* (y) *Lotter. de re Ben. lib. 1. fol. 3.* (z) *Bald. in pròèm. Greg. col. 5 Chaſſan. in Cat. Gloria Mundi* (a) *l. Divi fratres ff. De Jure patron.* (b) *c. Glorioſus. De Reliqv. &c.* (c) *Can. Multi. De pænit. diſt. 2* (d) *tex. in l. ſi arborem ff. De ſervan. Urb. præd.* (e) *l. 1. ff. De Variis & extraordin. Cognit,* (f) *Alex. in addit. ad Bartol. l. 13. C. De Dignit. lib. 12.* (g) *Pſal. 84. v. 12.*

Jpſa quoq; Sacra Juſtitiæ Præſes Aſtræa,
publicos ubiq; plauſus, ſuaq; ſibi deferri privilegia
de jure requirat & expoſtulet.?
Lex jubet; (k) & æquitas ſvadet;
Privilegiatas ab erudita virtute Perſonas;
Laureatos à Sapientia Viros;
à pacifica debiti Honoris poſſeſſione,
à ſuorum hæreditate bonorum;
imo neminem,
ab authoritate, diſtinctione, reverentia,
debere unquam
abjudicari, arceri, amoveri.
Tantò magis
Doctoralis JURIS CONSULTORUM Honor
quem licèt auguſta virtus non uno donârit diplomate, (l)
labor & eruditio
à turba communi, ac plebe exemptum eſſe voluerit, (m)
omnino ſpeciale jus pro ſe habere dignoſcitur. (n)
Et ùt olim apud Romanos
Ulpianus JURISCONSULTUS;
& primus ad Thronum; (o)
Et Pater, (p) & Amicus Imperatoris proclamatus (q)
tantùm ſibi honoris promeruit,
hinc
extra omnem qnæſtionem eſto;

# VIRI JURISCONSULTI

Ad ſublimem Doctoratûs evecti gradum
(qui in legitimis ſolùm ac publicis Univerſitatibus conferri ſolet;) (r)
Ad jus

(k) *Can. Si officia. Diſt, 59.* (l] *c. ſuper. ſpecula De Magiſtr. & ne aliquid, &c. & l. 2. C. De offic. div. Judic* [m] *Menoch. lib, 2. arbitr. Benn. p. 2. Cap. 47.* [n) *c. De Multa. De Præb. & l, Si in Ædibus ff. De damn, infect.* [o) *in proèm ff. §. Di ſcipuli.* (p) *l. 4, C. Locati* (q) *l. 4, C. De Contr. ſtip.* (r) *Conc. Trid. ſeſſ. 22 De Reform. Cap. 23. & ſeſs. 24. ibidem Cap. 8, & S. C.C. in Cotronen. 9. Maji. 1637.*

Ad jus dicendū & in perpetuum ſtatuendum ut *Legislatores*, (s)
ad danda reſponſa & Vocis Oracula, ut Juſtitiæ *Sacerdotes*, (t)
ad defendendam Rempublicā ut Regni *Miniſtri & Officiales*, (u)
ad quævis obeunda in Regno munia Nobilibus pares, (x)
ut ſunt defactò, ita fieri jure merentur.
An veriùs
DOCTORES Legum
Qui potiſſimùm beneficiô Juris gaudere dicuntur; (y)
ſunt velut quidam Reguli (z) Principum Amici, (a)
Lucernæ ſuper Candelabrum poſitæ (b)
Stellæ in perpetuas æternitates manſuræ; (c) radii Solares; (d)
Prophetæ Sanctiſſimi, (e) ingeniorum Arbitri, (f)
&, ut quot Cælum ſideribûs, tot titulîs ornatiſſimi.
Tolle has Juris & æqui lampades
& ſolem de Cælo ſuſtuliſti;
Tolle has de Corona Juſtitiæ gemmas,
Et ipſæ Regum Coronæ ſine pretio.
Multùm ſanè debet Auguſto Principi, Regi Jageloni
Sarmaticus Orbis;
quòd jam exotica Themide foliîſq; Sybillæ non egeat,
nec ad Carmentam, Cortinaſq; Delphicas recurrat
ut ex Tripode reſpondeat,
cùm tanto Auguſtior opere.
*Aſtreæ Sarmaticæ*
Thronum Juſtitiæ
apud Craciam Palladem in Cathedra Juridica erexerit.
Thronum hunc;
Cælum ego novum in terris dixerim,
ex quo quàmprimùm *Juſtitia proſpexit* (g)

 tot

(s) *Can. De quibus. Diſt. 20. Chriſt. Beſſol. in diſſert. de ſtud. Magiſtr. &c* (t) *in prôem ff. v. Sacerdotes. Joan. Bapt. cons. 87,* (u) *l. Advocati. C. De Advoc. div Judic* (x) *Privil Sigism, f. 4. in craſt. S Laurent. Mart. Aō 1535. c. De multa. De Præb. Gomes. in Reg. D Annal. Profeſſ. q. 36.* (y) *Lotter. de re Ben. lib. 1. fol. 3.* (z) *Bald. in prôem. Greg. col. 5 Chaſſan. in Cat. Gloria Mundi* (a) *l. Divi fratres ff. De Jure patron.* (b) *c. Glorioſus. De Reliqv. &c.* (c) *Can. Multi. De pænit. diſt. 2* (d) *tex. in l. ſi arborem ff. De ſervan. Urb. præd.* (e) *l. 1. ff. De Variis & extraordin. Cognit.* (f) *Alex. in addit. ad Bartol. l. 13. C. De Dignit. lib. 12.* (g) *Pſal. 84. v. 12.*

tot Sidera primæ Magnitudinis ſupra quartum Sæculum
Orbis Polonus recenſuit,
quot clariſſimîs Jureconſultis Aſtræa
in eo coronata refulſit.
ſed nec ſæculum præſens
abſq; novo lucis eruditæ coruſcat augmento
*in tot Celſiſſimis, Illuſtriſſimis Reverendiſſimis*
Magnarum Proſapiarum Nominibus;
à Natalibus Ceris lucidiſſimis;
ab erudita Virtute emeritiſſimis,
aliis ac aliis diſtinctiſſimis VIRIS;
*Celſiſſimo Principe Theodoro* Duce in KLEWAN,
& Zukow CZARTORYSKI Poſnanienſi Epiſcopo.
*Illuſtriſſimis & Reverendiſſimis Dominis*
JOSEPHO ZAŁUSKI Kijovienſi,
ADAMO KRASINSKI Camenecenſi,
ANTONIO OSTROWSKI Livoniæ & Piltinenſi,
FRANCISCO POTKANSKI
Patarenſi, Suffraganeo & Officiali Grāli Cracovienſi,
HIERONYMO WIELOGŁOWSKI Vendenſi,
Suffraganeo Premyślienſi,
LUDOVICO RIAUCOUR Ptolomadenſi.
ANTISTITIBUS Digniſſimis,
in tot
*Perilluſtribus & Reverendiſſimis Dominis*
ANTONIO MOSTOWSKI Gneſnenſi Scholaſtico, Płocenſi Cathedrali Canonico.
MATHIA ŁUBINSKI. FRANCISCO CZERNY.
CHRISTOPORO SZEMBEK. ANDREA POTOCKI.
ANDREA ANKWICZ. JOSEPHO NIEWIESCINSKI.
GEORGIO DOBRZANSKI Cathedralibus Cracovienſibus Prælatis & Canonicis.
THOMA SZANIAWSKI Gneſnenſi, JOSEPHO MIASKOWSKI Scholaſtico, JOANNE KRALL Canonico Poſnaniē-ſibus. SIMONE KIEŁCZEWSKI, MATTHÆO BŁĘDO-
WSKI

WSKI Vladislavienſibus.
ANTONIO GLINSKI. CAJETANO GLISZCZYNSKI, Płocenſibus.
MATHIA PRUSKI. ANTONIO TROPP. Premyslienſibus.
BASILIO ZŁOCKI Camenecenſi.
Cathedralibus Prælatis & Canonicis;
in tot ſingularioribus Eccleſiæ decoribus
*Perilluſtribus & Admodum Reverendis Dominis,*
FRANCISCO ZIĘBINSKI Collegiatæ SS· OO. DECANO; Andreovienſi Præpoſito, Conſiſtorii Generalis Cracovienſis ACTUARIO.
GREGORIO KUŁAGOWSKI Collegiatæ Sandomirienſis Canonico.
LUDOVICO NIEWIAROWSKI Colleg. Pilecenſis,
IGNATIO LNISKI Collegiatæ Cruſvicienſis;
ANTONIO WYCZAŁKOWSKI Caliſſienſis *Archidiaconis,*
tot aliis permultis publicâ famâ vocalibus;
& genere & virtute commendatis.

Qui
quarumvis in culmine Præeminentiarum
ut eò ſecuriùs ſtarent,
Jagelonicæ admoti Themidi;
LAUREA IN UTROQUE JURE DOCTORALI
ſuos alti Nominis muniêrunt vertices. (h)
Tot itaq; ac tantîs Cracia Themis coronata decoribûs
ab eximiis virtutum laborum & eruditionis Tuæ meritis
pluribûs ſe auctiorem titulîs gaudet·
*Perilluſtris & Reveredißime Domine*

## D. M. JACOBE MARCISZOWSKI.

*Utriusquè Juris neo Doctor.*
Vir de Republica literaria Meritiſſime.
Menſuram hìc Gloriæ Tuæ Magnitudinis
ſupra modum eſſe nemo dixerit,

 Hono-

(h) *Doctores Utriusq; Juris modernô ſæculô in Univerſitate Cracovienſi promoti.*

*Honoris enim augmentum non ambitione sed labore ad unumquemq; convenit devenire,* (i)
utpote
cùm de Te Tuoq; Honore Amplissimo
QUOD JURIS ET JUSTITIÆ
dicendum occurit.
Prima Gloriæ Tuæ claritudo
non ex publicæ lucis usu solùm & æstimatione omnium;
verúm
(quòd fas est dicere)
ab Avitis etiam Nominis Tui illuxit Orbi splendoribus.
Enimverò
Jnter Pervetusta JASTRZEMBECCIORUM Decora
præclara lucis Gloriæ Tuæ nactus es auspicia
quibus tot Natalibus Tuis adauxisti soles,
quot olim á claritate rectegestorum suorum resplendeban*
MARCISZOVII. (k
Etenim
*Amant semper impendia lucis Magnæ animæ;*
*à Luciis non procedunt tenebriones;*
*nec umbratiles esse sustinent, quibus ad splendorem datum est nasci.*
Cursum Gloriæ Tuæ quò tenderes ulteriùs
ab ipso Honoris Tui cæpisti Jnsigni (l)
soleata nempe CRUCE,
*hâc enim itur ad sidera,* (m)
cui virtus & eruditio Tua stimulum semper & calcar admovebant.
Hoc toto in decursu
nulla

(i) *l. 14 C. De re Militari.* (k) *Petrus MARCISZOVIUS de stemmate Jastrzembiec, clarus in Republ: meritîs Annô 1479. Paprocki Tom. 1. Fol. 91. Jtem* Gaspar Cichocki *Canonic. Sandomirien.* Marcissovii *laudes enarrat in suis alloquiis* Hieronymo Ossolinski *Abbati Copruvnicensi dicatis Annô 1615.* (l) *Stemma. Perillustris & Reverendissimi Domini Jastrzembiec.* (m) *Seneca Epist. 17.*

nulla Tibi erant in via obvia,
ipsîs duntaxat ſtratum iter triumphîs
ubiq; glorioſus calcaſti.
Non uno Accipitre Tua volucri
aſt ſemper
Bonîs avibûs uſus es,
non ſolùm quà ad Honoris Tui evolares faſtigium,
ſed ſimul
quà cordibus & affectibus involares omnium.
Jnſignem affuturæ Tibi Gloriæ venando prædam
more Phænicum
leves ſpreviſti auras,
quomodò illam poſthumæ memoriæ
Jpſe nobilior Phænix
etiam poſt fata redderes ſuperſtitem.
Ab hac Tui claritate Nominis etiam ſub ſole publico
dignus eras videri.
Jngenii Tui
acumen, ſubtilitas, elegantia,
Indolis egregiæ vigor, capacitas,
enituere ſtatim in veſtibulo Sapientiæ,
cum jam
*in primo diluculo adulta fax prudentiæ,*
in tenero flore maturitatis dignitas
*Jnfulatæ virtutis ſpecies in ephebo,*
Phæbô clariora Scholaſticô
ſingula in Te reſplendebant.
Elementa literarum non commemoro,
quæ Tuæ mentis alimenta fuere,
Studia humaniora taceo,
quæ noſſe non cuivis hominum datum.
Parnaſſi vertices
ſublimî attingebas ingeniô,
è montis illius viſceribus



pre-

pretiosuum eruditionis extraxisti aurum;
quô merita Tua luculentiùs ditasses.
Jn amplissimo Tullii campo
docilis Tuæ vastitatem extendisti solertiæ,
& nemini porrexisti herbam, ut solus palmam teneres.
A ludis & ludicris puerilibus alienus,
ad seria tractanda sedulò contendebas,
omnis, Tua voluptas, omnis cura,
omne otium fuit
esse in literis,
Nulli per simulationem struxisti dolos,
illam quæsivisti semitam,
quâ ad virtutem & eruditionem est eundum,
æqui rectiq; semper amantissimus.
Fervens in Te erga Deum pietas
ab ipsis egregiæ indolis prominebat igniculis,
itaq;
eruditionem pietati, pietatem eruditioni junxisti;
optime sciens
*Quòd bene universa geruntur si rei principium fiat amabile DEO-* (n)
*quod Sanctum dilexisti, quod Divinum coluisti, quod virtuosum*
*à teneris es amplexus;*
Justinianæ bene gnarus legis;
Longè gravius est æternam quàm temporalem offendere Majestatem; (o)
Hinc
Tua eximia Virtus satis jam virens
debuit in publica Stoæ porticu inter Laureas explicari.
Latere equidem hìc Tua modestia voluit, sed non potuit
nam & in Academi luco à scientiæ tuæ luce prodebaris;
& accensæ, Te tot Cleanthis lucernæ indicabant.
O quam ingens Tibi inerat tunc sciendi orexis!
vel inde apparebat optimè
*quôd semper prior esses in meta quam alii in curriculo,*
Discendi enim cupiditas sola vivendi ratio optima; (p)
Philo-

(n) *princ. Novell. 6.* (o) *l. 4. C. De Hæreticis.* (p) *l. 20 De Fidei Commiss. libertat.*

quare
Philoſophico & omnium Artium honeſtarum cultu
ipſam diſcebas expolire vitam.
PHILOSOPHUS ORATOR,
utrâq; ſpartâ vocaliſſimus;
quoties pro roſtris ſtetiſti roſeo facundus in ore,
visus eſt ore Tuo ipſe Demoſthenes loqui,
quoties Gordios reſolvebas nodos,
uſus es ſemper acie ingenii; pro gladio ALEXANDRI,
Quid jam palmari ingenio Tuo defuit, niſi Laurea;
& meritò
Bis feciliter Laureatus
Sarmaticas Athenas nobiliùs Platone ornaſti;
Magnus in erudita Colchide & heros & Jaſon.
Non tantô ſtudiô
ſuus Stagyritam audivit Macedo
quantô Te deliciæ Orbis Sarmatici Juventus
docentem ex Cathedra Profeſſorem.
Verùm quantus qualiſuè domi, ut videaris & foris;
Lithavos petiiſti ſoles,
an veriùs
unanimî Ordinum Academicorum votô
Albenſi in Lithvania delectus Director Academiæ
inibi tenera adoleſcentum ingenia excoluiſti
adeò
ut ocyus matureſcerent; & fructus ſuos afferrent.
Vocaliſſimîs hìc toto Orbe DUCUM RADIVILIORUM tubîs
Te canere fas eſſet,
ubi Tuos in hac Ducali Academia labores
publica conatur explicare fama;
aſt ſatis Tibi opinor ad Gloriam
quòd laborioſiſſimus ibidem Colonus,

do-

doctiſſimus Scientiarum Magiſter,
æſtimatiſſimus PROFESSOR,
iiſdem DOMUS CELSISSIMÆ lituis
hucusq; divulgari non ſinis.
*Principibus enim placuiſſe Viris* ( ut ajunt ) *non poſtrema laus eſt*,
inde verò Tibi aſſurgit maxima,
quòd cùm Hac de DOMO DUCUM CELSISSIMA
ſingulares merereris favores,
etiam
Muſas inibi Academicas Tecum feciſti inquilinas. ( q )
Viderat & inviderat Cracius Apollo,
quàm vocali Nominis Tui famâ Lithavum impleviſti Orbē,
*quàm charus Singulis tam utilis omnibus*;
*æquè diſcendi avidus*, *ac docendi peritus*,
ut olim de Chomero Provinciæ,
ſic de Te, contendebant Camænæ,
ac ideò moram minimè paſſus,
paſſu Te feliciori rediturum curavit.
Redux itaq; in Patrium ſolum omnium coronaſti vota,
cùm omnium unus adeſſes deſideriis.
*Non ſic ex Ægypto redeuntem Platonem ſuus ſalutavit Academus*,
ut Te ſuum Lycæa Socratem, ſuggeſta Periclem,
Stoa Zenonem exceperunt.
Verùm ubi ſtetiſſes feſſus viribûs ab itinere;
Stationarium in quiete non egiſti;
Operoſus ſcientiarum Magiſter.
*Jta certè eruditis mentibus quies in motu*,
*otium in literis*.
Vix itaq; è Lithvania redux Patrio illuxiſti Polo,
ſcientiarum Phæbus,
illicò
Publicum Lycæa publica Profeſſorem
peritiſſimum CLASSES NOVODVORSCIANÆ ARCHINAVARCHUM
ut ( intimîs ) exoptârunt deſideriîs
ſic Te ſuis coronam gratulabantur votis. ( r )

Jn hoc

( q ) *Jn Albam Ducalem profectus integrô quadrigenniô Directoris Jllius Coloniæ officiô functus eſt.* ( r ) *Jn Claſſibus Novodvorſcianis integrô Sexenniô Profeſſor.*

Jn hoc Novodvorſciano Muſæo
Magnæ Tibi circa inſtituendam Juventutem curæ fuere,
*Quos accepiſti Ephoros, omnes reddidiſti Theopompos,*
Mutuârunt à Te præclaro Literarum ſidere,
illuſtres virtutum ſplendores & ſcientiarum gemmas
tot diſtinctiſſimæ Regnorum Coronæ,
Nobiliſſima Magnæ ſpei & alti Sagvinis decora,
Cariſſima Lechici Orbis pignora,

*JORDANOVII,* *ŁETOWSCII,*
*PRZYREMBSCII,* *MAŁACHOVII,*
*SZANIAWSCII,* *WODZICCII,*
*LIPSCII,* *SIERAKOVII,*
*RUPNIEWSCII,* *ZŁOTNICCII,*
*MICHAŁOWSCI,* *POTOCCII,*
*OTFINOWSCII,* *DĘBINSCII,*
*LUBIENIECCII,* *MYSZKOWSCII,*
*STRASZEWSCII,* *PISARZOWSCII,*
*ZAWADZCII,* *MIEROSZOWSCII,*
*GOŁUCHOWSCII,* *WAXMANOWII,*
*CHWALIBOGII,* *GOŁUCHOWSCII,*
*REMEROWII,* *HUBIENSCII,*
*CHOMENTOWSCII,* *KOMECCII,*
*BŁESZYNII,* *RUDKOWSCII,*
*ZAKRZEWSCII,* *KOBIELSCII,*
*NIDECCII,* *BOGUCCII,*
*STOCCII,* *BIELSCII,*
*XIĘSCII,* *SOBOLEWSCII,*

alii plusquàm tercentum Fabii,
,ex Quibus,
alios ad Togam; alios ad Sagum,
utpotè
a rmaticos Patriæ & Eccleſiæ Achilles,
ad Curules usq; Senatorias
D per

perennis laudis themate,
& eruditione Tua ſublimaſti Profeſſor.
Hinc eſt;
quòd multùm præclaras animi Tui dotes,
in tot feliciſſimis Poloniæ Aſcaniis,
Sarmaticus veneratur Orbis,
Multùm Eccleſia, multùm Reipublicæ Cives;
enarrant,
aſt non minùs æquè,
Religioſiſſimæ tot Sacrarum Familiarum Domus
quotquot ſunt toto Orbe diffuſæ,
Quibus
cùm adhuc teneros plantationis Tuæ donâras palmites,
benigniori Cælorum favente influxu
jam in Fructus maturos excreverunt,
Honoris & honeſtatis (s)
Figent Jlli in gratis pectoribus ſuis,
perennes memoriæ Tuæ coloſſos,
aſt & me unicum ex aliis
habes, habebisq; quòad vixero,
Tuarum hîc olim curarum
oculatum Teſtem Diſcipulum;
utpote
tot titulîs obligatum, quot nuper Profeſſoralibûs,
modó Paternîs favoribûs cumulatum.
Mirabantur tunc Jpſa Cælorum ſidera:
ſcientificæ lucis Tuæ magnitudinem,
cùm ſublimi Oratoriæ ſvadæ ingeniô
Jpſam Jncreatæ Sapientiæ Altitudinem
Jmmaculatam nempe SSmæ VIRGINIS Conceptionem,
in publico Craciæ Scholæ Oratoriò,
attingere velles.

ſed

(s) Eccl. 24 v. 23.

ſed cùm vires humanas id excederet,
ſatis ex utroq; laudabiliter egiſti,
cùm Jllam & in Cælis Glorioſiſſimam,
& in terris
*Jlluſtriſſimis ac Magnis Nominibus,*
GRABIENSCIORUM, GIZICCIORUM,
ROMERORUM, BEŁCHACCIORUM,
commendatiſſimam reddere volens;
Panegyrico adorâſti cultu. (t)
Magni THOMÆ Aquinatis laudum Archipelagus
prodidit Te felici eloquentiæ partu vaſtiſſimum,
rarô ingeniô feliciſſimum; (u)
Vidit & ſpectavit Tua tam magna merita,
MATER UNIVERSITAS
quàm præcipuè Polonæ utilis Jnventæ fueras,
mox Te
ad regimen Contubernii Starnigeliani gerendum,
Digniſſimum elegit SENIOREM.
Jn Hoc
cùm creditam Tibi regeres Cohortem,
vivum Jlli exemplar virtutis & laboris fuiſti,
Verùm non hic Tuorum meritorum terminus
debitæ Tibi non hic finis mercedis.
Virtutum enim præmia tribui merentibus convenit, (w)
itaq;
*Gratiam non facit honor ſed debitum exſolvit*
*quoties emeritam coronat indolem,*
*Stipendiarium eſt ſempervirtutibus culmen,*
*Et Purpura egregiis factis vectigalis.*
Claſſiſticis ergo laboribus Tuis ceſſit in Coronam,

 *Minus*

(t) *Panegyris in Laudem Jmmaculatè Conceptæ Mariæ luci publicæ donata.* (u) *Oratio in laudem Dñi. Thomæ Aquinatis in Ecclesia Ordinis Prædicatorum publicè dicta* (w) *l. Et virtutum. C. De ſtatuis & Jmaginibus.*

*Minus Collegium,*
aſt maximis operam daturus conatibus
majore indies Campo indigebas,
Literarius alter Sarmatiæ Macedo,
ut glorioſiùs Jagelonico triumphares in Orbe,
una Tibi Minoris Domus non ſuffecit Provincia,
*Sic enim animo magno nihil unquam magnum.*
Vidit Te ad magna natum & ſtatim invidit Domui Minori,
Principũ ocellus,ipſa potiùs Princeps Juriſconſultorũ dicẽda,
*Sarmatica Aſtræa,*
brevi Te Virtutum ac ſcientiarum gemmam,
ad ſui Coronam,
Te Literarum ſidus,
ad ſuæ Majeſtatis eminentiam evocavit.
Jn primo Tuo ad Juris prudentiam aditu,
Cuncta Sacræ Themidos cupiebas penetrare adyta,
*Contubernii Jurisperitorum Senior,*
Regularum Juris Profeſſor,
Jpſe Sanctior Vitæ & norma & Regula.
Placuit in Te Auguſtæ ſcientiarum Jurisprudentiæ,
æquanimitas, & pax compoſitæ mentis,
Oculus affixus Cælö, animus DEO,
Manus armata Zelô, pectus juſtitiâ,
Serenus clementiâ vultus,
mite benignitate Supercilium,
os affabilitate melleum,
cor ſemper candore apertum,
an potiùs,
Sincera probitas & vera eruditiò,
in Te pari jure dilectæ.
Placuerunt hæc candidiſſima cordis Tui lilia,
Supra omnes Jaſones & Colchidem totam æſtimato
Tiaratîsq; coronato gemmîs.

AGNO

# AGNO ZAŁUSCIANO

*Celsissimo olim* PRINCIPI *Jllustrissimo*
*& Reverendissimo Domino*

PRESULI & ANTISTITI Cracoviensi,
Qui
omnes animi Tui sic appretiavit dotes,
ut eas etiam
inter selectissima Ecclesiæ Collegiatæ Voynicensis, Capita,
benigniori referret favore.
Placuit & Sacris Tua prudentia illius ævi Lycurgis,
Qorum vocatus ad Collegium,
ex æquo semper vocationi Tuæ respondisti.
Jn hoc Sacrario Juris, & Senaculo justitiæ,
nihil Tibi arcanum erat, quod non penetrares,
nihil velamine tectum, quod ingeniô scrutari non posses,
Novus Aquilius Juris avidissimus.
Nihil itaq; convenientiùs erat,
quàm lucidissima hæc mentis Tuæ decora,
ad extraneos iterum apricari soles,
*porro vel ex ipso per climata Mundi cursu*
*Major Jllustribus Viris gloria crescit,*
*Turpe est semper in suo Oriente morari,*
*Elegantiores etiam stirpes, si in nativo tantum sole*
*soloq; delitescant, intereunt.*
Ast verò
in Majorem laudum Tuarum provinciam,
Majorem nactus es Poloniam,
*Dignissimus Collegii Lubransciani Director.*
totus in curas & majores effusus labores.
*Sed nec Annibalem Alpes, nec animum cordatum,*

 *diffi-*

*difficultatum deterreant moles.*
*Extra dubium est magnis ingeniis congenitum esse;*
*intermissum tenere ad gloriam cursum donec culmen attingant.*
Dignus tantæ virtuti benemerendi campus contigerat
in quo non sine plausu usq; ad palmare decus excurrit.
virtute grandis, animô ingens. mente sublimis
*sic etiam peregrinatur Titan,*
*dum lustrat Orbem ut illustret,*
*se ipso unam Cæli partem;*
*radiîs implet Universum.*
Quà pedem promovebas, ampliabas Orbem,
imò optaveras Academum latius Orbe patere;
Etenim;
*Quibus augustior inest mentis portio,*
*Solis æmuli; ad meridiem virtutum etiam externo in Polo incedunt,*
*Expedit quandoq; deserere Patriam.*
*ut major alieno sub Sole gloria resplendeat.*
Lubransciạnas ingressus Athenas
ut omnium expectatione desideratissimus,
sic votis omnium æstimatissimus.
*Si enim salutatio est cordis saltatio;*
quanto plausu omnium saltârunt corda, dum Te salutârunt
Academicæ suum Directorem Musæ,
Literata Superarbitrum ingenia,
Lumen scientiarum peregrini soles.
Jactent suos Epaminondas Thebæ,
ostentet Xerxes Cyrrosq; Persia,
Te virum omni genere amplissimum,
toto fere Orbe diffusum,
Major indicavit Polonia.
Si domestica non taceam,
& hæc laudum Tuarum ingens acervus & cumulus,
quomodo studiis & laboribus intentus,
factus es meritorum Atlas,
Orbem Academicum non jam robustîs lacertîs,
est

aſt plusquam fortioribûs ſuſtinebas curîs,
Juris Canones explanaſti,
Jpſe factus es vitæ Canon omnibus,
Jus Civile docuiſti Jpſe ſimul civilis omnibus & gratiſſimus,
Ex Te velut limpidiſſimo Jurisprudentiæ fonte,
alii hauriebant conſilia, alii ut ex Delphico Tripode
ſciſcitabantur oracula,
Jurisconſultus Apollo non meliùs reſponſa daret,
quomodo Tu ſingulis exaſſè reſpondiſti,

*Sacra pro Themide Conſius.*

Has itaq; operoſiſſimas pro illibato Academico honore curas,
quantô enixus es ſtudiô,
tantô Te ſemper dignum elogiô & cenſuit & ornavit,
Perauguſta Cathedralis illius Eccleſiæ.

*Prælatorum Majeſtas.*

Aſt ſi publica de Te dicere debeam!
majoribûs ultra dignus es præconiîs,
Coram congregatis ſub tempus Generalis Capituli,

*Antiſtitibus Prælatis Canonicis.*

cùm Publicus in ſacris Exedris Encomiaſtes
verba faceres,
ut olim Tullius
Romanis coram Proceribus
totius cum admiratione Congreſſus
dulcîoris & eloquii profluviô
Cordibus & affectibus omnium influxiſti.
Hinc
Magnorum Jllius Provinciæ per ora Virorum
populares meruiſti plauſus,
ILLUSTRISSIMARUM FAMILIARUM
Panegyricus toties Laudator.
Sereniſsimum & Invictiſsimum,
Jure Naturæ & Gratiæ



Devi-

*Divinissimum* PRINCIPEM CASIMIRUM,
pulcherrimô sociasti nexu,
cum tantô vinculô.
JLLUSTRISSIMÆ & EXCELLENTISSIMÆ,
RACZYNIORUM
DOMUS
GENTILITIAM FASCIAM
TIBI
non sine animi Tui triumpho
satis gloriosè obstrinxisti (x)
Magnorum item in lenimen dolorum
dulcedinem effudisti verborum
cùm Peraugustæ in Regno Familiæ,
Præcelsæ nempè Domus
TOMICCIORUM, SKRZETUSCIORUM,
GRODZICCIORUM,
ad publicas & solennes Exequias,
parentales solatus es lacrymas. (y)
Dignæ tantîs Nominibûs Panegyres.
pretiosi pennæ Tuæ fuêre sudores,
qui certè in gemmas,
ad Tuorum crevêre meritorum Coronam.
Non hìc adhuc æstimationis Tuæ Gloriæ finis,
majora certè præterire non possum,
quæá Præcelsis Nominibus
ANTISTITUM, PRÆLATORUM, CANONICORUM,
in publicam Tui commendationem trahuntur.
Æstimavit tantas ingenitas verè Tibi dotes,
quas tótiés velut in Lydio lapide probatas habuit,
Ponderator ingeniorum Maximus,
Speciali virtutum insignitus decore,
Famâ sanctitatis celeberrimus,
Omnis

(x) *Concio Panegyrica Jllustrissimo Casimiro Raczynski Palatinidæ Posnaniensi die Tutelaris sui dedicata.* (y) *Concio Panegyrica in Funere Luci publicæ donata.*

Omnis Cleri norma exactissima,
Singulare Musarum Decus & Præsidium,
Magnîs in Patria meritîs cumulatissimus,
Augustîs in Regno clarus ttophæîs,
Purpureîs dignus honoribûs,
omni genere rectegestorum commendatissimus,
HOSIANI SANGUINIS
Unio præstantissimus.
*Illustrissimus & Reverendissimus Dominus,*
JOSEPHUS de KIERZ KIERSKI,
Supremus Regni Secretarius.
Eques Aquilæ ALBÆ;
Suffraganeus & Præpositus Cathedralis
Posnaniensis;
Teq; magnæ probitatis, & scientiæ Virum,
intimîs præcordiîs
( si dicere licet )
*ut olim*
MAMCZYNIOS, JARMUNDOVIOS, HERCIOS,
Viros de Republica literaria meritissimos;
immortalî semper memoriâ dignos;
adamavit,
Suffecisse id Tibi ad Gloriam verè crederem,
ni penna Oratoria
in ampliores se Tibi eriperet laudes.
Non minor æquè Tui Nominis decori,
publica visa est accessisse Gloria,
*à LILIATO olim NOMINE*
JOSEPHO de Werbno PAWŁOWSKI,
Episcopo NIOCHENSI, Archidiacono & Officiali
Generali Posnaniensi.
QUI
cùm summam in Te spectaret prudentiam,
in rebus gerendis dexteritatem,

 docen-

docendi peritiam, dicendi facundiam,
interpretandi ſubtilitatem,
perfectiſſimam Juris, ac Legum notitiam
Te non modò ſuorum Judiciorum ASSESSOREM
conſtituit,
ad decidendas ac fine debito terminandas cauſas,
toties COMMISSARIUM deputavit,
Librorum per Diœceſim Poſnanienſem Ordinarium
Cenſorem habuit,
Ordinandorum & Approbandorum Examinatorem,
ſelegit,
verùm intimum ſui Conſiliarum
ac ſuorum inquilinum favorum
tenuit, ſervavit, æſtimavit.
In hac ergo Orbis Poloni Majorica
tantò major Tuîs meritîs ſurrexiſti,
quantò laboribûs excelſior
Magnorum æſtimatione Virorum ſublimior,
evaſiſti.
*Ita multi ad Pergama Regum veniunt,*
*quos nemo venire advertit, niſi cùm jàm faſtigia tenent,*
*& cum Pyrrho Achillis in Priamo morantur.*
Tantîs magnarum dotum tuarum auguſtus trophæîs
Jpſam LUBRANSCIANAM PINUM
in perennes gloriæ tuæ Coloſſos,
& triumphales Tibi inflexiſti arcus,
quò tamen felicior; eò Auguſtior,
(licèt ſtrictîs multorum affectuum nexibûs:)
(detinereris:)
ad ALMAM MATREM UNIVERSITATEM
rediiſti.
Redux itaq; præter pretioſa eruditionis & laboris Tui cimelia
majorem Orbi Literario invexiſti fotunam,
Palla-

Palladi Jagielonicæ deduxisti animorum triumphos,
novum Sarmaticæ Astreæ attraxisti splendorem,
Jurisprudentiæ aperta æquitatis Oracula,
MATRI UNIVERSITATI solamen,
& Tuis tam præclaris meritis
Juris & justitiæ coronam detulisti.
Stetisti tandem plusquàm feliciori horoscopô,
alter novus velut in Orbe Jagelonico Phæbus,
quem continuo laborum eruditionis & meritorum
peragrando cursu;
nunquam in motu stare visus fuisti.
Ultra quindenam annorum,
*Utriusq́ Juris Professor*,
Corpus illius ex integro revivixisse fecisti,
cùm ei
vivum eruditionis Tuæ entheum inspirasti,
Quoties de Justitia & Jure Tractatum revolveres,
semper *æquitatem vidit vultus* Tuus (a)
& oculi animorum indices,
sincerum mentis Tuæ candorem explicabant.
Quidquid conclusisti, erat secundùm dispositionem Juris,
quidquid definivisti, æqui & justi limites minimè excedebat.
Multis ab annis
*Judiciorum Jllustrissimi Consistorii Generalis Cracoviensis Assessor*,
an veriùs pro Tribunali Justitiæ sedens;
semper innocentiam triumphare fecisti,
virtuti adscripsisti præmia, iter sceleri præclusisti,
ultra petita partis nihil debere fieri conclusisti. (b)
ardua consiliô, dubia facili ingeniô,
obscura aditu mentis resolvendo.
Ordinandorum & approbandorum in Diœcesi Cracoviensi
EXAMINATOR,
pro innato Tibi conscientiæ candore

F 2 inge-

(a) *Psal. 10. v. 7.* (b) *c. Cum Dilectus. De Arbitr.*

ingeniorum revidisti & hucusq; revides arcana.
Ad publica negotia definienda, ad causas jure decernendas,
ad componendas lites, ad suscitata odia extingvenda
*ab Jllustrissimo Officio Generali Cracoviensi*
datus & deputatus COMMISSARIUS
utpote Juris Sapientissimus Arbiter,
felici plusquam eventu
ommnium devincis animos, sedas minarum procellas,
iratos temperas fluctus, mare insolentiæ sedas,
nam perbelle de jure nôsti:
*Odia restingi & favores convenit ampliari* (c)
Pro jure & justitia ut certares gloriosiùs
ad accensam DIVI DOMINICI facem
ut publicam, sic potiorem triumphîs nactus es arenam,
non sine animi Tui Corona Victor. (d)
Ad claram Tumbam clariora ingenii Tui explicuisti trophæa,
cùm publicas pro Legibus & Sanctionibus Canonicis
óppugnando Conclusiones;
literariô vota Tua coronasti ludô. (e)
Jpse nunc jam Orbis Literarius
in meritorum Tuorum devolvitur coronam;
ast simul in publicum laudum Tuarum trahitur argumentum.
Est unde Tibi suos explicet plausus gratuletur palmas,
cui non raro Ipse in plausum, Ipse in palmam cessisti.
Pro Bono Jllius quoties decertasti,
acerrimus Jurium Academicorum Propugnator,
toties fortunatiorem suspexit orbitam.
AD GENERALIA REGNI COMITIA,
*ad generales Procerum Regni congressus*,
tûm publica seriò tractanda negotia,
sæpiùs ab Universitate Cracoviensi *Varsaviam* LEGATUS,
(*Legatos enim Jurisprudentia Sanctos appellat*) (f)
dextro Marte, cordatô animô, alacrî studiô,
inte-

(c) *c. Odia. De R. J. in 6.* (d) *Disputavit publicè in Ædibus PP. Ord. Pradicatorum* (e) *Disputavit iterum publicè in Conventu* Claræ Tumbæ *PP. Ord. Cisterciensium.* (f) *l. 17. ff De Legationibus.*

integram negotiorum molem, Consultissimus sustinebas Atlas, *quod enim medicamenta morbis, hoc exhibent jura negotiis.* (g)

Nôrunt namq; Te singuli,
ut verbô potentem; ita opere summè utilem,
imò potiùs
eloquentiâ, *ad flectendos animos,*
moderatione, *ad temperandos affectus;*
vehementiâ, *ad frangendos impetus,*
solertiâ, *ad arcana indaganda,*
consiliö, *ad explicanda implicita,*
prudentiâ, *ad futura præcavenda,*
Virum publicæ utilitati natum.
*Pulchrum habet diadema caput,*
*tot unionibûs distinctum,*
*quot curîs Boni publici compunctum.*
Distractus per Reipublicæ Literariæ curas.
à Te Ipso non recessisti,
semer publica præferebas privatis,
optimè gnarus;
*quod communiter omnibus prodest hoc privatæ utilitati est præferendum.* (h)
Quantùm itaq; in Orbe Literario operosus,
tantùm & in Vinea Christi indefessus Operarius
*Ecclesiæ Parochialis in Koniusza Curatus,*
veri Pastoris nomen non inane geris,
*Si enim Boni Pastoris est non oves tantùm pascere, sed & lupos arcere,*
utroq; præluces exemplo *Bonus Pastor.*
Terminalis hìc esto Tuorum rectegestorum meta,
ast non terminus;
PERILLUSTRIS & REVERENDISSIME
Domine Utriusq; Juris Neo-Doctor,
plura de Te dicere fas esset,
verùm alia nube innatæ contegis modestiæ,
alia demùm ego posthumus scribenda Sæculis relinquo.
Unicum Tibi & quidem solenne tribuendum restat.
QUOD JURIS & JUSTITIÆ
*Doctoralis in Utroq; Jure Laurea.*

 *Non*

g) princip. Novell, 111. (h) l. Unic. C. De caduc. tollend.

*Non vile hoc Meritorum Tuorum præmium est.*
quod Sanctissimi olim & Jllustrissimi ambiverunt,
Quibus Laurea Corona ad Cœlestes aureolas prælusit.
Antequam in Polo Magna Divorum Poloniæ Jndigetum Nomina;
CANTII, GEDROICII, STANISLAI,
BONERII, LIPNICII,
tot aliorum redimerentur Capita,
priùs ab hac Coronarum dispensatrice *Universitate*
*Cracoviensi*;
Jn hac Magnorum Virorum Ithaca Purpurati Senatus Decora;
*Eminentissimi olim*
LUBRANSCII, HOSII, OLESNICII & alii sexcenti,
Alii Regnô & Purpurâ coronati
BATHORÆI, COMITES à Wiśnicz OPALINII,
TARŁONES COMITES de Tęczyn, CROMERII, DŁUGOSSII,
*ut fundamenta Virtutum & Sapientiæ, ita ornamenta,*
*Laureati Honoris sunt adepti*
Hanc itaq; ut cuncti Eruditorum optimi, & optimorum eruditissimi,
velut gemmam Septemtrionis æstimant,
sic in Tuis jam emeritis resplendentem frontibus,
& intimis gratulantur cordibûs, & debito venerantur cultû,
Pridem hæc Tuis debebatur meritis,
Qui tot digna Laureis egisti Literariîs,
ast cùm nemini palmam præriperes,
Jpse Te modò meritorum coronat gradus;
*Ad alta enim tendentibus gradus lentior; ille tutior.*
legeq; cautum:
*ut gradatim ad honores ascendatur,* (i)
Ascende igitur feliciori passu,
ut ad Vavellani TERNIONEM Decoris
Cui
delectus es in pretium,
Gemma Sapientiæ nobilissima,
Perillustris & Reverendissime Domine
Utriusq; Juris neo Doctor, Ecclesiæ Cathedralis Cracoviensis
electe CANONICE;
ita solenni meritorum Tuorum cum plausu,
ad Doctorales Senatûs Academici ascende Curules.
Applau-

(i) *l. 11. ff. De Muner. & Honorib.*

Applaudunt Doctorali Honori Tuo
Magnorum in Regno Procerum corda,
ast simul ad Hanc Gloriæ Tuæ altitudinem
trahunt Te virtutum & meritorum trophæa.
Trahit plusquàm vi amoris magnetica
( *Quem ut animam suam diligit* )
vivæ vocis non raró & cordis testatus est oraculô
*Ipse Supremus Orbis Literarii Motor*
*Magnificus Perillustris & Admodum Reverendus Dominus*
D. M. CASIMIRUS STEPLOWSKI
Sacræ Theologiæ Doctor & Professor, Facultatis Theologicæ
Procancellarius *&c. &c.* Studii Generalis Almæ Universitatis Cracoviensis RECTOR;
& non mirum!
vivas enim *JLLIUS* in Te expressisti virtutes,
oris affabilitatem, cordis bonitatem, conscientiæ candorem,
morum comitatem, pietatis fervorem, justitiæ zelum,
factus es idcircò *JLLIUS*
COR. IDEA. CORONA.
Attollunt Te deniq; plausibûs suîs
*Amplissimi Ordines Academici.*
Jpsa Jagelonica Themis Magnificum Tibi aperit *AUGUSTALE*,
intima Omnium precantur pectora;
VIVAT in Nominis sui CORONA
JACOBUS
ex Filio Tonitrui à fulmine fatorum securus;
*Majoribûs indies Coronîs, annîs, meritîs, & Gratiîs auctus.*
*CUI* & ego ab antiquo obligatissimus;
*In vim gratulatorii plausûs; & æviternæ gratitudinis;*
profundo reddo cum cultu

# QUOD JURIS
ET
# JUSTITIÆ.



 ODE



## ODe VotIVa
## VIrtVtI; sapIentIæ & HonorI;
## LaVreatI VIrI; In VtroqVe IVre neoDoCtorIs;
## appLaVDens.

Novo beatus culmine Gloriæ
Nomen per altas ducis adoreas;
Honore dignus Doctor omni
Auſpiciô meritò triumphas.

Excelſa Virtus promeruit Tua,
Edocta multùm mens, ſapientia;
Gradus, Coronas, Laurearum,
Geſta vibrans manifeſta Cælis.

Orbem peramplîs Phæbus ut æthera;
Ornas triumphîs; ſidere clarior;
Honore pro Gentis Polonæ,
Proq; Tuæ Jagelonis Aulæ.

Doctor JACOBUS quot Cathedrîs tonas;
Dextro triumphas Marte potentior;
Cûi Laurus æternùm vireſcens
Aſſiduo viret à labore.

Omnes; Apollo quos proprio ſinu,
Orbi Polono CRACIUS exhibet,
LUBRANSCIANUS quot per oras
Fert, Tua ſunt monimenta laudis.

Cæleſte germen Te probitas Virum,
Commendat, in Te norma modeſtiæ,
Vultu relucet; quam Sacrata
Ecce Themis veneratur in Te.

Te pulchra cingit DOCTOR adorea,
Tanto coruſcans munere Gloriæ,
Scientiarum Victor, hinc es
Ipſe Corona Tibi laborum.

Optatus ergo Te hic Honor ambiat,
Ornatus altîs creſce decoribûs.
Fortuna Te feliciori,
Orbe vehat cumuletq; paſſu.

Regnes perenans cordibus omnium,
Rurſus triumphos vincito Laureîs,
MUSÆ vovent omnes, JACOBUS,
Sæcula lætus in Orbe VIVAT.

NEODOCTOR.





